

Quam verò Census constitutionem, et creationem, omniaque alia in presenti Instrumento narrata, et expressa pro parte dicti

Reverendi Domini Emptoris, et suorum & intelligatur, duraturum esse in perpetuum, quo verò dictorum Venditorum ad eorum

libitum, quibus, et suis & liceat semper, et quandocumque videbitur illum redimere, et extinguere pro eodem

pretio scutorum decem, et genere monetarum, non obstante quavis tempore longitudine, etiam per spa-

tium centum, et plurium annorum solutis tamen omnibus fructibus usque tunc decursis, et non solutis,

et dictus Dominus Angelus nomine quo supra teneatur, prout se obligat illum retrovendere, precedente prius In-

timatione, seù Disdicta facienda ex parte dictorum Ven-ditorum ante redemptionem huiusmodi Census per duos Men-ses antea, circa quam redemptionem, et reliqua in

presenti Instrumento contenta, se se convenerunt, et conve-niunt, observandam esse Bullam Beati Pij Pape

Quinti super modo, et forma creandi, et imponendi Census editam Rome 14 Kal. Februarij 1568,= seù & ad cuius sensum totum presens Instrumentum reportaverunt,

et reportant, ita Si de verbo ad verbum hìc regis-tra-ta fuisset & Cassantes, et nulliantes omnes, et sin-gulas Clausulas, que non sunt apponende in hoc Instrumento, et

sint contra formam dicte Bulle, prout ambe partes protestate fuerunt, et protestantur, et non alias, alitèr,

nec alio modò & Hac conditione mutuò consensu vallato, quod dicti Anna Maria, et Josephus eius Vir Ven-

idores in casu Venditionis, ac alienationis, seù dicti fundi deteriorationis, et caducitatis, ac etiam decoctio-

nis